dicit aptas ad animae redemptionem & diuitias non alienas· neque communes· sed diuiti
as proprias; per quod ostendit esse· quasdam diuitias proprias· quasdam uero non pro
prias. sed hoc euidentius dns in euangelijs declarauit cum dicit· quod si in alieno fideles
non fuistis quod uestrum est quis dabit uobis· ostendens presentes saeculi diuitias
non esse nras proprias sed alienas· transeunt enim & sicut umbra preterierunt· propri
ae uero sunt illae diuitiae de quibus propheta dicit· & ad te congregabo diuitias gen
tium & ex his fortasse diuitiis· & abraham diues factus est· ualde in auro & argento·
& pecoribus adque omni supellectili· Uis tibi ostendam ex quibus thesauris discen
dant istae diuitiae; audi apostolum paulum dicentem de dno ihu xpo· In quo sunt In
quid omnes thesauri sapientiae· & scientiae absconditi· Sed & in euangelijs dns dicit·
quia scriba diues profert de thesauris suis· noua & uetera; de his & apostolus dicit· qr
in omnibus diuites facti estis In illo· In omni uerbo & in omni scientia; ex his ergo diuitiis
que de thesauris sapientiae & scientiae proferuntur· mercandus nobis est aries iste· quae
offerri debeat pro peccatis. illis scilic& que in sca commissa sunt· & siclis sci ad numeratio
ne mercandus. Iam superius diximus quod omnis hostia typum ferat & imaginem xpi·
multo magis aries qui & pro isaac quondam a do substitutus est immolandus· Siclo
igitur sco conparandus est nobis xps. qui peccata nra dissoluat siclus scs fidei nrae for
mam ten&· Si enim fidem obtuleris tamquam pretium a xpo· uelut ariete Inmaculato
in hostiam dato· remissionem accipias peccatorum· Sentio quod in explanando uires
nostras misteriorum superat magnitudo· Sed quamuis non ualeamus cuncta dis
serere. tamen sentimus cuncta repleta esse mysteriis· & ideo studiosis quibusque po
suisse sufficiat· quibus excitati ad altiora horum & profundiora perueniant & In
tellegant ex quibus eis gregibus uitulus quaeratur ad hostiam· ex quibus ouibus aries
prouidendus sit· habeo enim inquid ihs & alias oues quae non sunt ex hoc ouili· & illas
oport& me adducere· ut fiat unus grex & unus pastor· Sciens &iam ubi turtures· ubi
columbe requirendae sint· oculi inquid tui sicut columbae super plenitudines aqua
rum· Ad aquarum ergo plenitudines properandum est. In his enim sponsae discri
betur pulchritudo· & collum inquid tuum sicut turturis in columbis oculi praedi
cantur. Quod enim dixit columbae super plenitudines aquarum· ferunt hoc genus
auis· cum ad aquas uenerit quia ibi se sol& accipitris insidias pati· & uenientem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0415